



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Dominica tertia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

III.

VInum, quod apposuit homo, deficit; sufficit, quod affuderat Christus. O veritatem! deficiunt profectio, & evanescent gaudia, quæ cæcus propinat mundus. Cor enim satiare non possunt; solus Deus est, qui sufficit nobis.

Instructio meritoria.

Quòd & nobis sufficiat, probemus in omnibus refectionibus, & corporalibus solatiis, sub his sæpius mentem elevando, spiritualiterque communicando. Illis verò finitis, vel ad ecclesiam, vel ad cubiculum pergamus, & ibidem *Te Deum Laudamus* quàm devotissimè persolvamus, cum interrogatione: *Quid mihi est in cælo? aut quid volo super terram?*

Dominica III. post Epiphan.

EXHORTATIUNCULA I.

Munditiam diligit Deus. Vix leprosus petiit hodiernus; mox audiit: *Mundare.* Fili! quanto nobis in precio

CIO

tio est puritas animi? dedit Dei gratia :
Cave, ne prodigamus turpiter.

Instructio meritoria.

Super aurum & topazion conscientia, & anima pura. Ut foveatur, *Officium de Immaculata Conceptione* recitemus. Dabit Maria, quod nostra non merentur peccata.

II.

O Quanta est vis orationis in divinam voluntatem resignatæ! sæpè oramus, & non exaudimur. Quare? non dicimus cum hodierno leproso: *Domine! si vis.* Sed potius: *Sic volo ego.* Sic hæc, vel illa commoditas.

Instructio meritoria.

Erectis humiliter manibus, & flexis devotè genibus pro virtute Resignationis nobilissima offeramus SS. Trinitati *Rosariolum* constans 33. *Ave* cum 5. *Pater.* Pulsemus! clamemus! saltem importunis dabitur.

III.

O Jesu humilitatem! prohibet colatum manifestari sanitatis beneficium,

22 Dominica IV. post Epiph. D.

ficiam, monens leprosum : *Vide ; ne-
mini dixeris.* En! dedit Christus exem-
plum fugiendi vanam gloriam. Igitur
detestemur eam : Et id ut eò ardentius,
& securius.

Instructio meritoria.

Assuescamus vel hodie post actiones,
& opera magis heroica, vel ore, vel
mente subjungere canticum : *Magnifi-
cat anima mea Dominum.* Vel : *Bene-
dicite omnia opera Domini Domino.*
Sic opera Dei revelare, & confiteri erit
honorificum.

Dominica IV. post Epiphan.

EXHORTATIUNCULA I.

Motus magnus factus est, ait ho-
diernum Evangelium. Sed ubi?
In mari. Et ego dico : In conscientia
mala. In hac nulla quies : Consolatio
nulla. Quem illa inhabitat, amarum
sui accusatorem portat. Ah! fili! nos
patiemur?

In